

incit,
reddi
dicen-
m ob-
ns re-
bene-
is Vi-
è Lo-
onfir-
epro-
n vir-
enissi-
s con-
beam,
onstat.
fortal-
Ultero
lebito-
amen-
norifi-
tes

Auditores.

DUm satisfaciendum est ultimæ voluntati, quam in Testamento suo declaravit honestissima Virgo; simulq; respici debet ad honorificam recordationem celeberrimi KEIMANNI, in hoc Gymnasio quondam Rectoris, quam in Programmate hesterno promittere meminimus: nemo forte reperietur, tum in hoc Auditorio, tum in universâ Civitate, cui dicendi hoc argumentum non videatur, præ multis aliis, acceptum & commendatum. Si enim nihil proferri posset aliud, nisi superstites ejusdem discipulos passim spectari meritis charissimos, vita & fortuna florentissimos: quantam laudis materiam, seu ut rectius loquar, quam facile auscultandi operam, quilibet esset expectaturus? Certè Curia nullos videt Consiliorum & Judiciorum Antistites, Ecclesia nullos agnoscit Verbi Divini Ministros, Schola & universâ Civitas paucos habet Viros studiis & literis excultos, qui *Keimannum* Præceptorem non observaverint, vel ipsius tamen ductu classem inferiorem non intraverint. Tantoq; pulchrior vel acceptior futurus est hic conatus, quod ego, quondam ante triginta annos

B

Kei-